




FRANCISCVS BEROALDV S  
LECTORI.



Mantissime lector cum omnibus scienciis humanis proponatur scopus utilitas & delectatio, æquum putaui si his machinis quarum figuræ voluptatem nō paruam afferunt, aliquam earum perspicuam declarationem adderem, vt ij qui non tantum libris, ad museorum ornamētum, sed etiam ad e molumentum accipiendum delectantur, his frui possint. Quamobrem si meo hoc labore iuuaris non solum hæc quæ ad machinarum septent di lucidiora reddam, sed etiam quæ ad theoreticā mathematum pertinent breui exponam, non vulgariter, sed deo fauente, hoc modo vt non solum ij qui non omnino videntur incapaces harum artium possint breui aliquid percipere, sed etiam vt docti delectentur. Verum ne te diutius detineam, hæc obseruabis si velis assequi sententiam meæ declarationis, Nēpe, me constituisse in margine exteriori Oriente in, in opposita & interiori Occidente in, in capite Septentrionem, in aduersa parte Meridiem, item sæpe vti certa quadam mēsura literarum loco. Quæ si minus eleganter traçtauero excusabis nam si in his traçtandis absit eloquentia tamen non requiritur vt sit adsit non contemnitur. Sed vt illa melius intelligas vide proximam paginam ex qua dictorum rationem intelliges, & ex his fructum cum delectatione percipies.

